CYCLUS MAGNUS ANNORUM 532,

Iuxta Pythagoricam Normam diſpoſitus, reddens, per διὰ πασῶν cœleſtis harmoniæ intervallum, revolutionibus, literas Dominicales, Cyclum Solarem, Cyclum Lunarem, ac ejuſdem Epactas, in anno Communi, ac Biſſextili ante, & poſt CHRISTUM natum uſitatas:

CLARISSIMO, ET EXCELLENTISSIMO VIRO

Dn. IOACHIMO TANCKIO, Philoſophiæ, ac Medicinæ Doctori, & Profeſſori in Illuſtri Academiâ Lipſienſi, Mecœnati ſuo ſingulariter obſervando, dedicatus.

Ab

ANDREA REINHARDO, Schnebergenſi, Not. P. Organicinoatrio.

ANNO CHRISTI 1608.

Tabella prior.

Series annorum à primo anno Mundi uſq; ad CHRISTUM ✱										
Series annorum à primo anno CHRISTI ✠, uſq; ad annũ 1891.										
✱0	532	1064	1596	2128	2660	3192	3724	296	828	1360
28	560	1092	1624	2156	2688	3220	3752	324	856	1388
56	588	1120	1652	2184	2716	3248	3780	352	884	1416
84	616	1148	1680	2212	2744	3276	3808	380	912	1444
112	644	1176	1708	2240	2772	3304	3836	408	940	1472
140	672	1204	1736	2268	2800	3332	3864	436	968	1500
168	700	1232	1764	2296	2828	3360	3892	464	996	1528
196	728	1260	1792	2324	2856	3388	3920	492	1024	1556
224	756	1288	1820	2352	2884	3416	3948	520	1052	1584
252	784	1316	1848	2380	2912	3444	✠16	548	1080	1612
280	812	1344	1876	2408	2940	3472	44	576	1108	1640
308	840	1372	1904	2436	2968	3500	72	604	1136	1668
336	868	1400	1932	2464	2996	3528	100	632	1164	1696
364	896	1428	1960	2492	3024	3556	128	660	1192	1724
392	924	1456	1988	2520	3052	3584	156	688	1120	1752
420	952	1484	2016	2548	3080	3612	184	716	1248	1780
448	980	1512	2044	2576	3108	3640	212	744	1276	1808
476	1008	1540	2072	2604	3136	3668	240	772	1304	1836
504	1036	1568	2100	2632	3164	3696	268	800	1332	1864

Tabella poſterior.

✱	0	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	1	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	
✠	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	1	[illegible]	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	
Cyclus Lunaris.	12	13	14	15	16	17	18	19	1	2	3	4	5	6	[illegible]	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	1	I.
Epactæ.	12	23	4	15	26	7	18	29	11	22	3	14	25	6	1	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18	29	11	
Cyclus Lunaris.	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	1	17	18	19	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	II.
Epactæ.	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	2	7	18	29	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	
Cyclus Lunaris.	11	12	13	14	15	16	17	18	19	1	2	3	4	5	[illegible]	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	III.
Epactæ.	1	12	23	4	15	26	7	18	29	11	22	3	14	25	[illegible]	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18	29	
Cyclus Lunaris.	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	1	16	17	18	19	1	2	3	4	5	6	7	8	9	IV.
Epactæ.	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	1	26	7	18	29	11	22	3	14	25	6	17	28	9	
Cyclus Lunaris.	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	1	2	3	4	[illegible]	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	V.
Epactæ.	20	1	12	23	4	15	26	7	18	29	11	22	3	14	2	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18	
Cyclus Lunaris.	19	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	1	15	16	17	18	19	1	2	3	4	5	6	7	8	VI.
Epactæ.	29	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	[illegible]	15	26	7	18	29	11	22	3	14	25	6	17	18	
Cyclus Lunaris.	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	1	2	3	[illegible]	5	6	[illegible]	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	VII.
Epactæ.	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18	29	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	
Cyclus Lunaris.	18	19	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	1	16	17	18	19	1	2	3	4	5	6	7	VIII.
Epactæ.	18	29	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	2	4	15	26	7	18	29	11	22	3	14	25	6	17	
Cyclus Lunaris.	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	1	[illegible]	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	IX.
Epactæ.	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18	29	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26	
Cyclus Lunaris.	17	18	19	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	1	2	3	4	5	6	X.
Epactæ.	7	18	29	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18	29	11	22	3	14	25	6	
Cyclus Lunaris.	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	XI.
Epactæ.	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18	29	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	
Cyclus Lunaris.	16	17	18	19	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	1	2	3	4	5	XII.
Epactæ.	26	7	18	29	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18	29	11	22	3	14	25	
Cyclus Lunaris.	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	XIII.
Epactæ.	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18	29	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	
Cyclus Lunaris.	15	16	17	18	19	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	1	2	3	4	XIV.
Epactæ.	15	26	7	18	29	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18	29	11	22	3	14	
Cyclus Lunaris.	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	XV.
Epactæ.	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18	29	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	
Cyclus Lunaris.	14	15	16	17	18	19	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	1	2	3	XVI.
Epactæ.	4	15	26	7	18	29	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18	29	11	22	3	
Cyclus Lunaris.	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	XVII.
Epactæ.	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18	29	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	
Cyclus Lunaris.	13	14	15	16	17	18	19	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	1	2	XVIII.
Epactæ.	23	4	15	26	7	18	29	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18	29	11	22	
Cyclus Lunaris.	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	XIX.
Epactæ.	3	14	25	6	17	28	9	20	11	12	23	4	15	26	7	18	29	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	
Cyclus Solaris.	25	26	27	28	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	XX.
Literæ Dominicales.	E D	C	B	A	G F	E	D	C	B A	G	F	E	D C	B	A	G	F E	D	C	B	A G	F	E	D	C B	A	G	F	XXI.
Ingreſſus Solis in ♈ Menſæ Martii, die	10	11	11	11	10	11	11	11	10	11	11	11	10	11	11	11	10	11	11	11	10	11	11	11	10	11	11	11	XXII.
Ingreſſus Solis in ♈ Feriâ & literâ	4 F	5 G	6 G	7 G	2 F	3 G	4 G	5 G	7 F	1 G	2 G	3 G	5 F	6 G	7 G	1 G	3 F	4 G	5 G	6 G	1 F	2 G	3 G	4 G	6 F	7 G	1 G	2 G	XXIII.

DE CYCLI HUIUS CONSTRUCTIONE.

ECce Candide ac benevole Lector, Cycli magni, ex 532. annis conſtantis, quo Cyclus Solaris, Cyclus Lunaris, Epacta, & alia in temporis continuatione, & Luminarium motu obſervanda, ſuis revolutionibus perpetua ſerie ſeſe invicem ſubſequentibus, hac in tabella facilimè, & abſolutiſſime propoſita, reſtituuntur, compoſitionem, perpetuis uſibus cuivis inſervientem. Ecce temporis & totius univerſi; hujus quidem quo ad conſtitutionem, illius vero quo ad durationem, ſibi invicem correſpondentes Harmonias. Ecce priſcorum Sophorum abſolutiſſimam in hac naturæ parte enucleationem. Pythagoras & alij Philoſophi ſaniores docuerunt compoſitionem partium mundanarum eſſe harmonicam, & dimenſionem illius eſſe planè eandem cum dimenſione harmonica, quæ partim in mundanorum corporum diſpoſitione, & motu, partim in vocalis, vel inſtrumentalis muſices ſonis deprehenditur. At harmonia, ſive illam, quæ eſt cœleſtium corporum intelligas, ſive eam quæ eſt ſonantium inſtrumentorum, ſive hominum canentium, ſeptem conſtat in unoquoq; διαπασῶν, ſive octava, diſcretis vocibus, juxta numerum ſeptem Planetarum. Nam vox quæ per literam F in muſicis deſignatur, attribuitur Lunæ. Et ſonus hujus Toni ex F creat etiam in auditoribus lunares affectiones, hoc eſt blandos aliquomodo, at cum gravitate demiſſos, ut ſaniores Muſici & Aſtronomi norũnt. Sequens Tonus qui per literam G deſignatur, attribuitur Mercurio, & movet etiam planè affectus mercuriales, ut omnibus ſit auditu jucundus, ſicut etiam Mercurius ſeſe omnibus inſinuare ſuos facit natos. Sequens Tonus per A notatus attribuitur Veneri, & movet placidos ac blandos affectus, quales Venus in homine ſibi ſubjecto, quoq; ſolet. Sequens Tonus per B ſignificatus attribuitur Soli. Sequens per C. attribuitur Marti. Sequens per D. Jovi, & quilibet ſonus ſui Planetæ refert naturam. Sic ultimus per E notatus attribuitur Saturno triſti, hinc movet etiam triſtes & lamentabiles in homine affectus, ut Saturnus in ſuis natis ſolet. Eædem literæ ſeptem tribuuntur quoque Dominicalibus notis, & uſurpantur ad dies in ſeptimana quavis notandos. Ut ergo nunc intelligas quo tendam. Ecce cum retrò per annos ab initio mundi elapſos, Cyclum hunc magnum ducerem, & non ſolum tam communes quam biſſextiles annos cum literis dominicalibus & alijs in tabela poſitis penitiùs introſpicerem, deprehendebam quod Cycli magni terminus retrò ad primum creationis annum numerando, in primum annum communem, qui poſt biſſextilem illum annum qui Literas Dominicales E & D & numerum Cycli Solaris 25. habet, incidat, ut ita, ſi annus aliquis primum mundi annum præceſſiſſet, ille biſſextilis fuiſſet. Mirum ſane viſu, & rarum auditu. Ecce autem convenientiam harmoniæ univerſi cum harmonia temporis. Centrum univerſi, ſi priſcam conſulimus Philoſophiam notatur per literam E. Fingatur enim circulus cujus peripheria in quadrantibus ſuis notetur A. B. C. D. & Centrum ſit E. Sicut autem à Centro ſive Monade ut ex puncto, ducuntur & ad illud viciſſim reflectuntur omnia, Ita etiam ſonorum dimenſio deprehenditur procedere ex E ad F G A, ut in Monochordo noſtro monſtravimus. Nam quælibet chorda, in qua ſoni dimetiuntur, habet ſe ut ſemidiameter vel circuli alicujus, vel univerſi mundi. E autem ut antea dictum eſt tribuitur Saturno & Saturnus eſt nota quietis. Sicut inde Deus etiam diem illum Sabbathi fecit, quem nos à priſcis ſic edocti diem Saturni appellamus. Sicut autem à quiete proceſſus fit in motum & ex motu in quietem. Ita etiam ab E per reliqua ſeptem intervalla currendo ad e ſuperius, clauditur diapaſôn. Sic etiam eodem modo Deus ab E id eſt à quiete per ſeptem dies mundum creando (Nam ante mundi creationem Deus nihil creavit) ad alterum e, id eſt ad alteram quietem proceſſit, & creare deſijt. Et ideo (neſcio utrum dicam, an divino conſilio, an hominum obſervantium ſtudio factum?) incepit in exordio mundi quoq; Cyclus revolutionum magnus in ea ſui parte, qua proxime præceſſiſſet biſſextilis anni nota E D, cum numero radicali in Cyclo Solari 25. Ut ita E D biſſextilis anni nota, & 25. Cycli Solaris numerus tanquam radices ſint hujus cycli magni à quibus reliqua continuatio proceſſit. Et hi radices abjiciuntur quaſi, aut abſconduntur à naturæ curſu ſicuti omnium rerum radices abſcondi videmus. Mirum. Attende autem ulterius. Numerus hic 25. conſtat ex duobus quadratis numerorum *radicalium 3. & 4. Nam ter 3. dat 9. quater 4. dat 16. Ex 9. vero & 16. additis fiunt 25.* Ut ex 3. & 4. fit 7. qui numerum omnium cyclorum nodus eſt. In hiſce vero proportionibus conſtat totius mundi compoſitio. Numerus 3. eſt radix maſculina. Numerus 4. vero eſt radix fœminina. Ex horum quadraturis, ut ex natura maſculina & fœminina. (Non enim intelligo numeros mente abſtractos, ſed naturam rerum ſimili modo ſeſe habentium) conſtat compoſitio mundanæ machinæ. Et proinde cũ duo iſta quadrata unum numerum, hoc eſt unum corpus efficiant abſolutũ. Ideo in ſignum hujus tam miraculoſæ conſtructionis fecit quoq; Deus ut revolutionum Cycli magni initium, ſeu radix, facta ſit in numero Solaris Cycli 25. & literarum Dominicalium ordine E D, quo temporis & rerum harmonia, ut dixi, admodum miraculoſè ſibi invicem correſpondent. Et hoc eſt quod per διατεσσάρων Muſices reſtitutum eſſe Cyclum magnum diximus. Eadem per διατεσσάρων exiſtit conſtitutio, vel coordinatio dierum. Nam hinc redditur veriſſima ratio, cur cujusvis ſeptimanæ ſeptem dies, cum ſecundum planetarum nomina vocentur, non etiam ſecundum planetarum ordinem, prout in cœleſtibus ſuis orbibus ſeſe invicem ſequuntur, dicantur? Cur non hac ſerie dicatur 1. Dies Lunæ. 2. dies Mercurij. 3. Veneris. 4. Solis. 5. Martis. 6. Jovis. & 7. Saturni. Sed potius 1. Dies Solis. 2. Lunæ. 3. Martis. 4. Mercurij 5. Jovis. 6. Veneris. & 7. Saturni? Nam, ut ante dictum eſt, à quiete per motum in quietem facta eſt mundi creatio. In hujus rei ſignificationem ordinavit etiam Deus, ut à Saturno in Solem, ab E ad B per quartam. (Nam Saturnus amat E, Sol vero B. quaſi à quiete in primam creationis diem, qui dies Solis fuit, prima diei facta ſit denominatio. Sabbatum vero, quod creationem anteceſſit, in æternitate Dei abſconditur, ſeu reticetur, quaſi radix. Et hæc eſt prima quadratura. Ut autem ab E ad B deſcendendo in muſicis & à ♄ ad ☉ eſt intervallum διατεσσάρων. Ita quoq; à B ad F eſt idem intervallum. Et cum jam antea dictum ſit, Deum omnia per quaternariam proportionem creaſſe, ideo ad ſecundam quartam indicandam dictus eſt ſecundus dies in creatione, dies Lunæ. Nam Luna amat F. Ab F vero ad C eſt viciſſim proportio διατεσσάρων, & propter hanc habet dies hic appellationem Martis, nam à Luna ad Martem deſcendendo numerantur quatuor. Mars enim amat C. Et ſic eſt tertia, quarta. Ita etiam à C ad G id eſt à Marte ad Mercurium eſt quadratura quarta. Nam Mercurius amat G. A C ad D ut à Mercurio ad Jovem eſt quadratura quinta. Nam Jupiter amat D. A D ad A, à Jove ad Venerem eſt quadratura ſexta. Nam Venus amat A. Ab A ad E à Venere ad Saturnum eſt quadratura ſeptima & ſic incipit denuo novus ſeptimanæ cujusvis ordo. Ut in ſequenti ſchemate Muſico videre eſt.



c h✱b F✱f c✱c G✱g d✱d a✱ā c✱c

Dies ♄ ☉. ☽. ♂. ☿. ♃. ♀. ♄

Hic ergo dicat & ſtatuat Zoilus quid velit, nil moror monſtroſi ingenij ſcommata. Hanc temporum ſive annorum eſſe veriſſimam ſeriem cùm ſacra ſcriptura, tùm ipſiſſima naturæ ſecreta veriſsimè demonſtrant.

De Uſu harum Tabellarum.

CYCLUS MAGNUS continetur duabus Tabellis, quarum prior indicat annorum ſeriem ante, & poſt CHRISTUM natum. Conſtat autem undecim columnulis, & novendecim lineis, & compræhendit in prioribus ſeptem columnulis eam dimidiã ſeriem annorum ab initio mundi uſq; ad annum 3948; & à primo anno CHRISTI uſq; ad annum 1864. Progreſsio annorum in unaquaq; columnula ab angulo ad angulum facit interſtitium viginti octo annorum, & hæc annorum coarcervatio poteſt eſſe infinita. Tabella poſterior (quæ conſtat viginti octo columnulis, & viginti tribus line s) monſtrat quatuor utilitates. Lineæ novendecim priores continent revolutionem Cycli Lunaris, aurei ve numeri, cum quibus Epactæ annuæ cohærent: & hæc eſt prima utilitas. *Linea vigeſima deſignat numerum Cycli Solaris; & hæc eſt utilitas ſecunda. Linea vigeſima prima indicat ordinem Literarum Dominicalium*, in anno tàm communi, quàm Biſſextili; & hæc eſt tertia utilitas. Linea vigeſima ſecunda monſtrat diem æquinoctij verni, ſeu ingreſſum Solis in ſignum Arietis, & fit in anno communi die undecimo Martij, in anno verò Biſſextili die Martij decimo. Linea deniq; vigeſima tertia deſignat feriam Septimanæ, literamq; concurrentem, in quam ingreſſus Solis in Arietem incidit. Et hæc eſt utilitas quarta. Quilibet ergò locus, continens in priori Tabellâ annos 28 monſtrat in quacunq; ſua correſpondente linea locos poſterioris Tabellæ in latere primæ columnulæ expreſſos. Quando ergò deſideras alicujus anni Cyclum Lunarem, cum Epactis; & ejus Cyclum Solarem, & Literam Dominicalem, & cohærentia reliqua, tunc ingredere primò tabellam priorem, & quære annum tuum propoſitum, vel ante, vel poſt CHRISTUM natum, quo expreſsè in loco communi invento, loci ejuſdem linea, ad Tabellam poſteriorem relata, indicabit in columnulâ primâ Cyclum Lunarem, & ejuſdem Epactas: deinde in eadem columnulâ primâ habebis inferiùs in lineâ vigeſima ejuſdem anni Cyclum Solarem: linea deniq; vigeſima prima Literam Dominicalem exhibet. Exempli gratiâ. Anno mundi 252. Cyclus Lunaris fuit 17. Epactæ 7. Cyclus Solaris 25. Litera Dominicalis E D. Similiter anno CHRISTI 1584. Cyclus Lunaris fuit 8. Epactæ 28. Cyclus Solaris 25. Litera Dominicalis E D. Si verò annus tuus propoſitus in loco prioris Tabellæ non fuerit præcisè inventus, tunc quære numerum annorum proximè minorem, & ad illius correſpondentem lineam in tabula poſteriore pergendo numera tot angulos, quot anni ſunt inter illum qui in tabula ponitur, & inter tuum quæſitum annum, & habebis quod deſideras. Exempli gratiâ. Annus mundi 3960 antecedens primum annum Chriſti, fuit Biſſextilis, Ejus numerus præciſè non invenitur in tabula, ſed proximè minor 2940. ab hoc numerandi ſunt 20 anni uſque dum ad hunc pervenio. Tot numerati exhibent columnulam correſpondentem, quæ indicat quod ejus Cyclus Lunaris fuit 1. Epactæ 11. Cyclus Solaris 9. & literæ Dominicales D C. Similiter anno Chriſti 1608. Cyclus Lunaris eſt 13. Epactæ 23. Cyclus Solaris 21. & literæ Dominicales C B. Sic etiam de ſimilibus. Tabella poſterior etiam dividitur in quatuor Quartas, ſive Quadrantes, α. β. γ. δ. Nam totus Cyclus revolutionem abſolvit ſpatio annorum 532. Ergò quælibet pars quadrans eſt annorum 133. Primus quadrans inchoatur à litera Alpha α, anno Chriſt. 30. eſtq; annorum 133. & abſolvitur anno Chriſti 162. Secundus quadrans initium ſumit à litera Betha β, anno Chriſti 163. & abſolvitur anno 295. Tertius quadrans inchoatur à litera γ, anno Chriſti 296. & finitur anno 428. Ultimus quadrans initium ducit à literâ Delta δ, anno Chriſti 429 & abſolvitur anno 561. Sequitur ergò Solem fuiſſe anno Chriſti 133. tempore Ptolemæi, in primo quadrante: Anno Chriſti 880. tempore Albategnij, in tertio quadrante: & in loco ſummæ velocitatis anno Chriſti verò 1076. tempore Arzahelis; & anno Chriſti 1542 tempore Copernici; & noſtro tempore 1600. in ultimo quadrante; Ubi motum peragrat tardiſsimum; quod Tabellæ præſentes perſpicuè declarant.

Sequitur Chronologia ſacra, in quâ res geſtæ inſignes Julianis computantur annis: adjecto Cyclo Lunari, ac Epactis: Cyclo Solari, ac Lit. Domin.

Anni elapſi	à prima rerum creatione.	anni continuati.	Cyclus Lunar.	Epactæ.	Cyclus Solar.	Litera Domin.
1656	ad diluvium. Geneſis cap. 5. 7. 8.	1656	15	15	1	F G
292	ad natum Abrahamum. Geneſis 11.	1948	3	3	13	F E
75	ad promiſsionem de ſemine. Geneſis 12.	2023	2	22	4	C
430	ad exitum de Aegypto. Exodi 12. Galat. 3.	2453	14	4	14	D
480	ad Templum Salomonis. 1. Regum 6.	2933	19	29	18	F
463	ad Templi devaſtationem. 3. & 4. Regum.	3396	7	17	5	B A
70	ad finem ſeptuaginta annorum devaſtationis, & quidem ad primum annum Darij Medi, regis Chaldæorum. Daniel. 9. Ierem. 29.	3466	1	11	19	E
41	ad primum annum imperij Darij Longimani, à quo mandatum reædificandi confirmatur. Eſr. 6. Ioh. 2.	3507	4	14	4	C
49	ad ſeptem Danielis ſeptimanas. Daniel. 7.	3556	15	15	25	E D
	Primus annus Chriſti eſt annus Mundi.	3961	2	22	10	B
434	ad 62. ſeptimanas Danielis. Daniel. 9. quo anno Chriſtus fuit baptizatus. Lucæ cap. 3.	3990	11	1	10	B
2	ad medietatem ſeptimanæ ultimæ, annorum ſeptẽ, quo tempore Chriſtus fuit crucifixus. Daniel 9.	3992	14	4	13	F E
	Annus Chriſti præſens 1608. eſt annus mundi.	5568	13	23	21	C B

DEO SOLI GLORIA.

SLUB
Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG